



UNIVERSITETET I OSLO

DET HUMANISTISKE FAKULTET

EKSAMEN I LAT 1100 – INNFØRING I LATIN VÅR 2011

Oppgaven består av 1 side.

Oppgave dag 2. Fredag 3. juni 2011 (4 timer)

Ordbok tillatt

Begge spørsmål skal besvares

1. Ukjent tekst

(Teksten er hentet fra Poggio Bracciolinis *Facetiae*, en samling humoristiske fortellinger på latin fra det femtende århundre.)

Oversett til norsk:

Petrus contribulis meus olim mihi narravit fabulam ridiculosam et versutia dignam muliebri. Is rem habebat cum femina nupta agricolae haud multum prudenti, et is foris in agro saepius ob pecuniam debitam pernoctabat. Cum aliquando amicus intrasset ad mulierem, vir insperatus rediit in crepusculo: tum illa, subito collocato subtus lectum adultero, in maritum versa, graviter illum increpavit, quod redisset, asserens velle eum degere in carceribus: "Modo¹," inquit, "praetoris satellites ad te capiendum universam domum perscrutati sunt, ut te abriperent ad carcerem: cum dicerem te foris dormire solitum, abierunt, comminantes se paulo post reversuros." Quaerebat homo perterritus abeundi modum: sed iam portae oppidi clausae erant. Tum mulier: "Quid agis, infelix? Si caperis, actum est." Cum ille uxoris consilium tremens quaereret, illa ad dolum prompta: "Ascende," inquit, "ad hoc columbarium: eris ibi hac nocte, ego ostium extra occludam, et removebo scalas, ne quis te ibi esse suspicari queat." Ille uxoris paruit consilio. Ea, obserato ostio, ut viro facultas egrediendi non esset, amotis scalis, hominem ex ergastulo² eduxit, qui simulans lictores Praetoris iterum advenisse, magna excitata turba, muliere quoque pro viro loquente, ingentem latenti timorem incussit. Sedato tandem tumultu, ambo in lectum profecti ea nocte Veneri operam dederunt; vir delituit inter stercora et columbos.

2. Gi en kort oversikt over latinsk poesi

¹ *modo*, her: nå nettopp

² *ergastulum*, her: skjulested